bekommen, haben sie Macht ihren Gottesdienst, wie derselbe in denen  
Reformirten und Lutherischen Kirchen unter Evangelischen Herren geübet  
und getrieben wird, in allen Stücken ungehindert und ungeirret zu üben  
und zu treiben; Sie haben auch Macht Kirchen, Kirchen-Häuser, Cap-  
ellen, Pfarr- Schul- Küster- Häuser, Thürne und Glocken, und was  
sonst mehr zum Gottesdienst nöthig, auff ihre Kosten zu bauen, und zu  
unterhalten, dabey sie des Herrn Pfalz-Graffen Fürstl. Durchl. jedesmahl,  
und wider männlich gnädigsten und mächtigen Schutz halten wollen.  
Sequitur quidem, ipsas ecclesias, templa, turres, cemeteria, scholas,  
domus pastorales. atque æditimi unà cum adjacentibus areis, hortis,  
horreis, ac stabulis æquè ac bona, quæ ex primæva fundatione, vel

aliás permittente lege obvenerunt, redimi, seu retrahi nequire, quippe cùm aliás publicum religionis exercitium collabesceret. Nihilominus tamen adductæ supra rationes heic quoque subintrant, postulantque, ut concludamus, bona contra legem prohibentem à manibus mortuis Augustanæ Confessioni addictis, adquiri non posse. Cæterò quin neque interpretatio primis hermeneuticæ regulis conformis, neque omnimoda, quam allegata transactio (c) inter concives servandam præcipit, foret æqualitas, sed subditi Augustanæ Confessioni addicti, melioris conditionis, quam Catholici essent.

---

(a) ART. IV. §. 2. Editionis Teutoburgicæ, seu Duisburgensis de an. 1754.

(b) ART. VIII. §. 1.

(c) ART. X. §. 17. 18. & 19.

### §. VIII.

Sunt, qui autmant, forensibus licere lege amortizationis agere. Nobis autem haud ita videtur. Etenim lex amortizationis lata est tantummodo in favorem, ac gratiam subditorum, ne nimiis oneribus obruerentur. Sic privilegium ab Imperatore CAROLO VI. Archidioecesi Coloniensi teria Dec. 1726. concessum (a): Daß nicht allein dieses Thürfürstenthums Stifte und Klöster, und vergleichen Collegia, sondern auch weit und breit um selbiges gelegene Geistlichkeit, vorbesagte weltlich liegende Güter vor und nach von denen weltlichen in solcher Menge an sich gebracht, daß sie anjeho den größten Theil des Erz-Stifts zu kundbaren deren weltlichen Ständen Abbruch und Unertüglichkeit würcklich besiheten, und noch täglich mehrers zu acquiriren sucheten, mit gehorsamster Bitte, diesem Werck zu steuern, und darwider ein Edictum inhibitorium an das Erz-Stift und Thürfürstenthum Colonia publiciren zu lassen. Sic ejusdem Imperatoris privilegium Paderbornensi Episcopatu 22. Febr. 1729. concessum (b): Daß in diesem Stift zum größten Schäf den

den des gemeinen Wesens von Zeiten zu Zeiten vise so wohl adliche freye, als Bürgerliche immobil Güter von der Geistlichkeit, nicht ohne vißfältige so wohl ratione juris retractus aut congrui darüber entstandene kostbare Processe acquiriret, und sie, weltliche Landstände, dardurch dergestalte enervireret worden wären, daß sie die Reichs- Crayß- und Land-steuren, bevorab bey gefährlichen Kriegszeiten, abzuführen nicht im Stand seyen, allermassen zum größten Nachtheil des publici nach Abgang derer auf die Geistlichkeit veralienirten poreelen, die Ritter- und Bürgerschaft in ein bedauernliches Abnehmen gesetzet, dem gungsam belästigten Baur-Stand aber sein ehrliches Auskommen mercklich geschwächet würde, einsfolglich das Contributions-Wesen unmöglich im Stande erhalten werden könnte. Sie allatum supra Statutum Moguntinum de 18. Aprilis 1746. (c) : Fügen hiemit zu wissen, was Massen wir von Zeit Unserer Regierung sehr mißliebig erfahren, in der That auch mit Schwächung unserer In-traden, und Benachtheiligung Unserer Bürgeren und Unterthanen wahrgenommen, welcher gestalten derenselben unbeweglich und liegende Gütt'ren an Häuser, Höße, Mühlen, Neckern, Wiesen, Weinberg, Clau-er, Waldungen, Behenden, Gült, Zinsen, und sonstige Habschaffsten, so Uns, und Unsrem Erz-Stift mit Beth- Geschoss, Schatzung, Frohn-Diensten, auch Land- und Türken Steuer und anderen Giften und Prä-stationen behafft, und von Alters darin gehörig gewesen, und als pre-dia Fisco obligata noch dahin ohnabänderlich gehörig seynd, gegen die von Unseren Herren Vorfahrer Lobwürdigster Gedächtnis so heilsam wiederholte Verordnungen an Fürsten, Grafen, Herren und von Adel, dann an geistliche Stifter und Clöster, Collegia, Hospitäler und andere Cor-pora oder gesreyte Personnen zu verkauffen, oder zu vertauschen, und also zu Enträftigung Unserer Unterthanen ad manus mortuas oder in gesreyte Händ zu bringen, so fort, was also durch Kauff, Vertausch, oder andere Contracten, auch testamentarische Disposition an sich (wie-wohl

Verbotstwibrig) geäussert worden, davon gleichwohl der hergebrachte und gebührliche Dienstbarkeiten nicht leisten, vielweniger die auf dergleichen Häuseren, GÜtheren, und Habschaften radicirte Bürgerliche Be schwerden tragen, noch einige Schatzung, Steuer, Beth oder Geschöß und übrige so wohl real- als Personal-Prästationen abführen, sondern zu vermehrlicher Unterbrechung Lands-Fürstlicher Verordnung selbiges vor fren, Adelisches, Ritter- oder geistliches und exemptes Guth halten, und angeben, und in solcher vermehrlichen Qualität ein behalten, und geniesen wollen. Sic Statutum Julio-Montense de quinta Septemb. 1755. (d); Wie Wir aber dann alle und jede Unsere weltliche Unterthanen ausdrücklich berechtigen, daß selbe dergleichen von geistlichen Collegiis, oder sonstigen milden Stiftungen richtiglich acquirirte Güter, wann zu deren Wiederlöß sich keine Unverwandten deren Verkäufer anmelden sollten, gegen den von unparthenischen Verständigen zu bestellen seynden Preis einzulösen mögen. Wohingegen und wenn deren mehrere zu einem solchen Guth etwa Lust tragen würden, solches mit brennenden Kerzen, und mit nochmaligen ausdrücklichen Vorbehalt der auf dem Kaufschilling Unserem verario fisci etwa zukommender Confiscationsstraf öffentlich verkauft, und dem Meistbietenden weltlichen Standes belassen werden soll. Qui ergo forensis, seu peregrinus meretur, ut sublevetur? Quod si bona immobilia in eo territorio possideat, ei facultatem redimendi, seu retrahendi haud denegabimus, eo quod tum quoad bona subditus sit, ejusque intersit, ne onera bonorum augeantur.

(a) Apud CRAMERUM Nebenstunden Th. XLIII. Bl. 43.

(b) Apud MOSERUM Staats-Rechts Th. IV. Buch II. Cap. 48. §. 10.

(c) Apud D. SCHMIDT cit. Tom. V. pag. 681.

(d) §. VII. Vid. Cap. II. §. X.

### §. IX.

Cum Judæi, ut nuper jam tum notavimus, (a) jure communi, & quando-

quandoque etiam speciali, immobilium bonorum capaces existant, ad retractum bonorum ad manus mortuas delatorum quoque admittendi veniunt, exceptis tamen locis, ubi immobilium adquisitio ipsis specie liter interdicta est.

(a) In Recitat. Extempor. de *Judeo jurispatronatis impore*. §. IV.

### §. X.

Num lege agere licebit ei, qui ipsis contra legem alienavit? Ita videtur celeberrimo LEYSERO (a) scribenti: „Posse ipsum venditor rem venditionem, quam leges damnant, retractare, securus affirmo. Nam, quod ad regulam primo loco memoratam attinet, is, qui rem vendit, quain emptor commercio exemptam scire poterat, & debebat, evictionem praestare non obligatur. *L. 27. C. de Evictionibus*. Nec exceptio doli, aut rei venditæ, & traditæ venditori nocibit. Hæc enim tunc, quum venditor justam caussam habet rem vindicandi, non attenditur, *L. 1. §. 5. de Except. rei vend. & trad.* At quæ potest esse caussa justior utilitate publica? Tandem Fiscus, qui in caassis suis jure communi utitur, regulariter etiam exceptio nem rei venditæ & traditæ admittere contra se debet. At, si lex alienationem rei districtè prohibuit, tunc nec fiscus nec privatus ex illa obligatur, sed impugnare factum proprium potest. Ait adductæ leges, me judice, parùm suffragantur. Etenim citata *L. 27. Cod. de eviction.* habet: *Si fundum sciens alienum, vel obligatum, comparavit Athenoclis, neque quicquam de evictione convenit, quod eo nomine debet, contra juris poscit rationem.* Verùm heic non de alienâ, sed de re agitur, cuius dominio venditor gaudet, & de quâ pro lubitu disponere valet prohibitâ tantum translatione in manus mortuas. Dein etiam jam quæstio non est de evictione, sed de vindicatione ab ipso venditore peragenda.

agenda, de quâ lex ne minimam quidem facit mentionem. Propius ad rem ULPIANUS respondens ait (*b*) : *Si quis rem emerit, non autem fuerit ei tradita, sed possessionem sine vitio fuerit factus, habet exceptionem contra venditorem, nisi forte venditor justam causam habeat, carum vindicet : nam & si tradiderit possessionem, fuerit autem justa causa vindicanti, replicatione adversus exceptionem utetur.* Quandoam vero venditor justam caussam habet? Exemplo GOTHOFREDUS (*c*) respondebat : *Si convenerit, ut à contractu recederetur; vel si XXV. annis minor fuerit venditor, aut circumscriptus?* Instare LEYSERO placet : *Quæ potest esse caussa justior utilitate publica. Siccine vero? An itaque utilitati publicæ prospicere, ac providere nequit nisi solus venditor?* Annō ejus agnatis, cognatisque, immo & cuiilibet de populo vindicatio competit? Cur ergo contra omnes juris regulas beneficio legis frueretur, qui ipsam legem offendit, præsertim cum teste BRUNNEMANNO (*d*) melior sit caussa possidentis, dum uterque malā fide agit. Tandem nec favet HONORIUS III. (*e*) rescribens : „Intellecto jam „dudum, quod carissimus in Christo filius noster, Hungariæ rex il „lustris, alienationes quasdam fecerit in præjudicium regni sui, & „contra regis honorem. Nos super hoc affectione paterna consulere „cupientes, eidem regi dirigimus scripta nostra, ut alienationes „prædictas, non obstante juramento, si quod fecit de non revocandis „eisdem, studeat revocare, quia cum teneatur, & in suâ coronatione „juraverit, etiam jura regni sui & honorem coronæ illibata servare, „illicitum profecto fuit, si præstitit de non revocandis alienationibus „hujusmodi juramentum, & propterea penitus non servandum.. „Certum namque, ut GONZALEZ TELLEZ (*f*) commentatur, principium est, ex lege generali cum ipsis regnis natâ, teneri Reges, superemosque monarchas jura dominii sui, & regni conservare, nec posse in grave ejus præjudicium res propriæ coronæ, aut bona alienare.

*edibus*

nare. Verum quis dixerit, cum gravi reipublicæ præjudicio alienâsse, qui immobile quoddam bonum ad manus mortuas transtulit? Ad hæc, si princeps cum gravi præjudicio res coronæ alienavit, revocare nequit, nisi ille ipse, ejusque successores. Sic pariter siquæ persona ecclesiastica rem ecclesiæ alienavit, revocare nequit, nisi ipsus alienator, ejusque successores. Immo alienator non tantum revocare potest, verum etiam, præcipiente SYMMACHO II. (g) revocare, & restituere sub pœna excommunicationis tenetur. Contra annon venditoris agnati, & cognati, nec non quilibet de populo rem vindicare valet, quæ in manus mortuas delata est? Anve lex jubet, ut ipsus vendor vindicet? Hinc excipiendus venit casus, quo ipsa lex vendori specialem facultatem redimendi indulget, prout teste VAN ESPEN (h) Constitutio PHILIPPI PULCHRI de 20. Sept. 1451. ecclesiasticis Brabantinis vetat titulo emptionis adquirere bona immobilia in Brabantia sita, nisi sub conditione, ut vendor, aut ejus heredes ea semper possint redimere ad nummum.

(a) In Mediat. ad π. Vol. III. Spec. 190. med. 1. Conf. perinlustris de KREITT-MAYR Anmerkungen über den Codicem MAXIMILIANEUM Th. II. Cap. II. §. IV. num. 7. nec non PECK Tract. de Amoriz. bon. Cap. XIV.

(b) L. I. §. ult. π. de Except. rei vend. & trad.

(c) in Not. ad cir. L. I. §. ult. num. 40.

(d) in Comment. in L. 27. Cod. de evictio. num 6.

(e) Caput 33. X. de jurejurando. Curante BOEHMERO.

(f) in Comment. in cir. Cap. 33. num. 3.

(g) Cap. 6. X. de rebus ecclesiæ alien.

(h) Jur. Ecclesiast. Univ. Part. I. Tit. XXIX. Cap. 3. num. 17.

## §. XI.

Heredi autem venditoris factum defuncti èo minus obstat, cùm non ex jure defuncti, sed ex personâ suâ, nempe ut agnatus, vel popula-

ris vindicet. Hinc etiam ea præstare habet, quæ regulariter præstanta sunt.

### §. XII.

Evidem non reluctor magno BOEHMERO (*a*) notanti: „ Cum ideo tantum *jus amortizandi* sit introductum, ne bona subditorum oneribus & impositionibus subtrahantur, præsertim si ecclesia illis non indigeant: facilè apparet, rectè unam ecclesiam in alteram transferre posse bona immobilia quocunque contractu, quoniam hæc bona jam tum sunt amortizata, & à sæculari jurisdictione exempta, adeoq; ie in illis ratio prohibitionis locum non invenit, cum nullum præjudicium per hujusmodi acquisitionem respubl. accipiat. „ Distinguendum tamen mallem, an videlicet bona translata legi amortizationis adhuc subjaceant, nec ne? Si enim, ut hodie facile contingere potest, bonum ab una Ecclesia in alteram translatum legi amortizationis adhuc subfret, ita ut agnatis, cognatis, ac cuivis de populo lege agere liceat, ecclesia alienans plus juris in alteram transferre nequit, quam ipsa habet. Cæteroquin namque ansa præberetur, legem facillimè eludendi.

---

(*a*) *Jur. Paroch. Sect. V. Cap. I. §. 27.* Confer PECK cit. *Tract. Cap. XXXV.* num. 2.

### §. XIII.

Earum rerum immobilium, quæ ad dotandas, fundandas, reparandas, vel amplificandas ecclesiæ destinantur, amortizationem necessariam non esse, cum pluribus aliis PECKIUS (*a*) tradit. Sententiam hanc BOEHMERUS (*b*) in ædificatione ita admittit, quin tamen omnem amortizationem excludat, saltim in reparatione templi parœciani. Ego contra in omnia alia eo. Sive enim vetus, sive nova ecclesia dotari vult, usque subintrat legis ratio, quam favor dotis vincere nequit. Dein ecclesia reparanda, vel amplificanda non bona immobilia, sed paratam

paratam requirit pecuniam. Qui ea caret, vadat bonum suum, pretiumque det ecclesiae. Interim de talibus haud multum memoremus illuminato hocce seculo, quo plures ecclesiae cum ecclesiasticis personis destruuntur, quam aedificantur, ac dotantur.

(a) *cit. Tract. Cap. XXXV. num. 2.*

(b) *cit. §. 27.*

#### §. XIV.

Sane haud capio, quia STOCKMANS (a) afferere ausit, „Si quis „pauperes certae urbis vel Parœciae instituerit heredes, vel cognationi „suæ annua, cibaria reliquerit in sumptus studiorum instituta funda- „tione in Collegio Academico, defendi probabiliter potest, non ma- „num mortuam, seu corpus aliquod vel Collègium esse vocatum, sed „singulas personas esse invitatas certo ordine. „ Antestatur quidem „PAULUM (b) perhibentem: „Cùm Senatus temporibus Divi Mar- „ci permiserit, collegiis legare, nulla dubitatio est, quod, si cor- „pori, cui licet coire, legatum sit, debeatur: cui autem non licet, „si legetur, non valebit, nisi singulis legetur: hi enim, non quasi „collegium, sed quasi certi homines admittentur ad legatum. „ Ast PAULUS nullo suffragatur modo. Si singulis membris corporis, cui legari non licet, legetur, certissime non ipsi corpori, sed singulis le- gatum est. Proinde singuli admittendi, ita ut relictum dividatur viri- tim, & ex æquis partibus inter eos, qui tempore mortis testatoris fuerint descripti in albo, præterquam si certam quantitatem testator unicuique attribuerit (c). Tum enim unusquisque partem, seu ratam suam ita capit, ut ipsi maneat propria, liberæque ejus dispositioni sub-jecta. Dic sodes! An idem etiam obtinebit, ubi ita legatum fuerit, ut illi, qui tempore mortis testatoris in albo descripti sunt, iisque dece- dentibus hi, qui imposterum, atque in infinitum in albo describentur

non nisi legati usufructu annuatim gaudeant? An legatum hocce valebit? Ergò & valebit legatum, ut singuli canonici, vel monachi, eorumque successores in perpetuum annuatim decem modiis tritici, & cottidie duabus heminis vini ex legata villà fruantur. Annon tum nuda iusio in terminis, ac potissima legis pars levidensibus evertenda verbis? Absit mehercle, ut tam sinistrè, tamque ingloriè de JULIO PAULO sentiamus, qui teste BRUNQUELLO (*a*) doctrina & scriptis ita clairuit, ut ceteros jureconsultos diligentiā; & librorum numero superaret.

(*a*) *Decif. Brabant.* IV. num. 7. Confer ESPEN cit. Cap. 3. num. 24.

(*b*) *L. 20. π. de rebus dub.*

(*c*) *L. 3. Cod. de incertis person.*

(*d*) *Histor. Jur. Part. I. Cap. X. §. 62.*

## §. XV.

Si boni curmedici (*a*) seu Iattonici dominium, sive utile, sive direstum, ad manus mortuas deferatur, dubitandum non est, quin lege amortizationis agere liceat. Miramur proinde CRAMERUM (*b*) tanto-pere mirari, atque extollere literas informatorias, quas consilium aulicum Bonnense in causa Joannis Spickerman contra Abbatiam Duitensem elaboravit, ut evinceret, retractum, seu relutionem obtainere. Contra casu, quo ejusmodi bonum, aliudve feudum, vel, ut loquuntur, aperitur, vel caducum redditur, retractum exulare firmiter tenemus. Tum enim dominium utile neque alienatur, neque noviter adquiritur, sed tantum revertitur, & revolvitur ad dominum suum. Hinc lex subintrare nequit, quæ novam translationem ad manus mortuas prohibet. Iccirco tamen haud negamus, pro temporum, quibus medendum est, rationibus, lege caveri posse, ut manus mortuæ laicis revaloratum dominium utile iterum conferre habeant.

(*e*) Ejusmodi

- (e) Ejusmodi bonum a SCHEIDEMANTEL in Report. Voc. **Churmeide Lehen** ita describitur: ist ein Art von Bauer Lehn, welche dem Lehnsmann dergestalt geliehen werden, daß er, nach geleisteter Lehnspflicht, jährlich einen gewissen Zins reichen solle; und wenn der Lehnsmann stirbt, kan der Lehnsherr von dem Erben das beste Pferd, oder Ochsen, oder auch eine leblose Sache, vor die Belehnung fordern. Es gehöret aus mehr als einer Ursach zu den uneigentlichen Lehen. Conf. LENNEP Abhandlung von der zu Landsiedel-Recht Tit. II. §. 37. num. 6. & BURI Abhandlung von den Bauern-Gütern Cap. X. Bl. 134. Gieß. 1769.
- (v) Nebenstunden Th. XLIII. Abh. III. §. 5.

### §. XVI.

Trita dudum est quæstio, an casu, quò testator manibus mortuis bona immobilia legavit, heres rei æstimationem præstare habeat. Inter ceteros perinlustris D. DE KREITTMAYR (a) hanc ita explanat: Da nun der Actus, wodurch man ein unbewegliches Gut ad manum mortuum zu bringen sucht, null und nichtig ist, so wirkt er auch nicht so viel, daß das pretium rei immobilis in Kraft einer solchen Handlung prætendirt werden mag, theils ex regulâ, quod nullum est, nullum parit esse-  
tum, theils auch ex L. 39. §. 10. π. de Legat. I. Worin gar deutlich verordnet ist, daß man von dem Vermächtnis einer Sache, welche ohne Landfürstlichen Consens nicht veräußert werden darf, auch den Werth derselben nicht zu vergüten habe. Nec æstimatio eorum, sagt der Text, debet præstari, quoniam Commercium eorum, nisi jussu Principis, non sit, welches nach Meinung Boehmer de Bon. Paroch. C. I. §. 26. sonders bar an jenen Orten, wo lex amortizationis clausulam irritantem ausdrücklich in sich hält, einschließlich auch hier um so mehr Platz greift, als die schon in verschiedenen Particular Vorfallenheiten ergangene geheime Raths-Resolutiones den geringsten Zweifel mehr hieran übrig lassen, wo von wir nur die letztere ansführen wollen, welche erst unterm 16. Jan.

anno

anno 1760. mit Gelegenheit der quarta pauperum §. 6. inhæsivè dahin  
 erlassen worden: „Dass ob zwar Thro Churfürstliche Durchläucht von  
 Dero Dicasteriis schon öfters gehorsamst angerathen worden, nach dem  
 Beispiel so viel anderer Catholischer Landen eine gewisse Summam zu  
 fixiren, welche hinsüphro in die Clöster gebracht werden möge, so ge-  
 denken doch Höchstdieselbe hierinfalls nichts neues zu machen, sondern  
 wollen nur das, was schon vor diesem per legem amortizationis und  
 decret de anno 1701. dann verschiedene Inhæsiv-Resolutiones oft wie-  
 derholter malen angeordnet ist, fleißig beschachtet, folglich manus mor-  
 tuas überhaupt, sonderbar aber die Clöster von aller Immobilarschafts-  
 Acquisition (sie ergebe sich gleich auf eine Art, wie man immer will)  
 nicht nur in re, sondern auch, wann sich ein Streit hierum ergiebt,  
 in pretio ausgeschlossen wissen, ausgenommen so viel von diesem letzte-  
 ren, nemlich dem prætio immobilium, das quantum legitimæ, vel  
 sustentationis congruæ, oder in acquisitionibus onerosis das quantum  
 oneris betrifft, welches man ihnen einigermaßen schmähleren oder be-  
 nehmen zu lassen niemalen gemeint geweßt.“ Contrà CHRISTI-  
 NÆUS (b) expostulat: „Paucis hic agam, remittendo me ad ea, quæ  
 pro utraque opinione ab eodem, & Dom. Guilielm. Bened. ad c.  
 Raynati in verb. Et uxorem, de testament. fuere deducta, ubi num.  
 2. assurit, rei immobilis, quæ Ecclesiæ, Monasterio, Collegio, seu  
 manui mortuæ legata est, estimationem ab haerede præstandam esse,  
 cujus sententiam Dom. Petr. Pecq. n. 1. probat, aperto Vlpiani re-  
 sponso confirmari. I. Fideicomissa §. si servo vers. Ex his apparet.  
 n. De Leg. 3. maximè si testator sciverit, eum, cui quid legavit,  
 id habere non posse. I. super servis, Cod. qui milit. non poss. & Gloss.  
 in dñ. §. si servo. in verb. Militia. illaque sententia Martiani & A-  
 fricani decisionibus est consentanea, secundum I. Filiusfamilias §. Si-  
 quid alii. De leg. 1. Nam uti Barthol. tradit ad I. Sed si eo-  
 dem

„ *dem titul.* per quam in *Tract. minorit.* lib. 1. cap. 2: tradit, heredem  
 „ compellendum ad præstandam estimationem, quotiescumque legata-  
 „ rius rem sibi legatam, non propter suum delictum, sed propter  
 „ qualitatem personæ suæ habere nequit. *l. Apud Julianum §. Constat.*  
 „ & *l. seq. π. De legat.* 1. Eùmque sequuntur Bald. consil. 481. *incip.*  
 „ *Quidam in suo testamento. in fi. lib. 5. & Card. cons. 102. n. 2.* Quam  
 „ sententiam fecuti videntur Domini supremi Consilii in causa Procu-  
 „ ratoris generalis & Agathæ Cornelii, ac Adriani Gregorii impetrans  
 „ tium ex una, & Patris & Matris & Conventualium Monasterii San-  
 „ ctæ Elisabethæ siti in Hagâ Comitis Hollandiæ citatorum; dum 24.  
 „ Februarii anno 1547. juxta d. *l. Filiusfamilias.* §. *si quid alicui. de*  
 „ *legat* 1. censuerunt, bonorum immobilia estimationem pendendam  
 „ esse Monasterio, cui ea fuerant legata & relicta. Idem etiam videntur  
 „ censuisse in causa M. Cornelii van Campen ciuis Amstelredamensis  
 „ ex una, & regentium inferioris Ecclesiæ Sancti Petri intimatorum  
 „ ex altera, lato arresto 16. Julii anno 1541. Idem quoque judicavit  
 „ supremus Senatus in causâ ejusdem M. Cornelii qualitate quâ impe-  
 „ trantis, & Consulum civitatis Harlemensis citatorum. „ *Tandem*  
 „ *WAMESIUM (e) sequutus PEREZIUS (d) insit.* „ *Ego existimo illum*  
 „ *obligari, etiam in externo, eo casu, quo testator reliquit Monasterio*  
 „ *immobilia, cum clausula, ut, si ea obtinere nequeat, pretium ex*  
 „ *iis divenditib[us] cedat loco pio: quia nulla subest ratio, cur pretium*  
 „ *non sit præstandum. Siquidem per illam clausulam non contravc-*  
 „ *natur statutis, nec dictæ Carolinæ Constitutioni, cum bona immo-*  
 „ *bilia non transeant in manum mortuam, nec possit dici testator frau-*  
 „ *dem commisisse, qui se confirmavit dispositioni novæ Constitutionis,*  
 „ *qua[bus] tantum prohibet acquisitionem & retentionem bonorum, ne sta-*  
 „ *tionem mutent, non vero impedit eorundem bonorum pretium locis*  
 „ *piis legari, & acquiri. Nam licet res mea mihi legari non possit,*  
 „ *eius*

„ ejus tamen pretium recte mihi legatur, l. 82. n. De verb. oblig. quô  
 „ fit, ut prohibitio de non legando res, non extendatur ad rerum  
 „ pretium. Sic prohibitio legis super uno casu expresso, non includit  
 „ semper non expressum. „ Quid in tanta opinionum ac rationum va-  
 rietate? Tota res eo credit, an aestimatio debeatur, si legatarius rei le-  
 gatæ commercium non habeat, quamvis res non omnino sit extra  
 mercium. Evidem inter alios JOANNES FABER (e) putat, aestima-  
 tionem deberi, eò, quod res de se alienabilis, atque alienatio propter  
 quandam caussam tantum prohibita sit. Verum si lex non tantum aliena-  
 tionem interdicat, sed & legatarium incapacem reddat, legatumque  
 invalidum declareret, an aestimatio debetur? Amabo, quo jure? Quâve  
 actione aestimatio petetur, quippe cum notante BACHOVIO (f) lega-  
 tum inhabile objectum offendat, adeoque actio legati locum habere  
 nequeat? Etenim (ut FACHINEI (g) verbis utar,) legatum non va-  
 let, sed inutile reputatur, atque ita nullum producere potest effectum.  
 Aut proferatur legis alicujus testimonium, quô legatum sit inutile, &  
 tamen valeat quoad estimationem. Nullum sanè proferri poterit, quia  
 videtur implicare contradictionem, legatum non valere, inutile esse:  
 & valere & utile esse, quantum ad hoc, ut aestimatio debeatur. Quid  
 enim est aliud rei aestimatio effectu, quam quodammodo res ipsa? Ra-  
 tionibus, quæ in contrarium adduci solent, cum JANUS A COSTA  
 (b) VINNIUS (i) & DE COCCEJI (k) jam tum fecerint satis, heic su-  
 percedere liceat.

(a) Anmerkungen über den Codicem MAXIMILIANEUM §h. II. §. IV. num. 8.

(b) Practic. Quest. Vol. I. Dec. CCI. num. 8. & seqq.

(c) de Jure Pont. Cons. CCCCLIX.

(d) in Praelect. in Cod. Lib. VI. Tit. 48. num. 6.

(e) in Comment. in Lib. II. Institut. de Legat. Tit. XX. §. NON SOLUM num. 8.

(f) in Comment. in Instit. Jur. Lib. II. Tit. XX. §. 4. n. 2.

- (g) *Controvers. Jur. Lib. V. Cap. 37. in fin.*  
 (b) *in Comment. in Institut. Lib. II. Cap. XX. §. 4. vers. eius non est commercium.*  
 (i) *in Comment. in Institut. Lib. II. Tit. XX. §. 4. num. 5. &c. segg.*  
 (k) *Jur. civil. controv. Part. II. Lib. XXX. Quest. 14.*

### §. XVII.

Non minor suboritur quæstio, an actori fas sit, statim petere à manibus mortuis editionem documentorum? Hanc domino SCHWEREN.  
 (a) ita pertractare luet. „ Optimum autem erit, petere a corporibus  
 „ perpetuis documentorum, quibus se in possessione prædiorum tueri  
 „ possunt, editionem. Atque ad hæc edenda omnino adstringi possunt  
 „ corpora perpetua; concurrunt enim omnia, quæ ad hoc, ut injun-  
 „ gi possit editio, requiruntur. 1.) Veritas enim aliter haberi nequit,  
 „ nisi cognoscatur, quod tempore, & an spho X. Edicti recensitis sub-  
 „ requisitis obtinuerint prædia; id quod ex documentis uno obtuto in-  
 „ notescit. 2.) Causa actoris est favorabilis: loquuntur id ipsum Edi-  
 „ cta, & omnis ratio, ad Legem Amortizationis condendam, quæ  
 „ movit Legislatorem: causa actoris est causa totius Reipublicæ, ergo  
 „ favorabilis: Potest per instrumentorum editionem legis transgressio,  
 „ ergo delictum, detegi. 3.) Instrumenta illa post legem amortizatio-  
 „ nis latam ferè sunt communia, quia jus actoris & rei inde venit com-  
 „ mensurandum. Si scilicet sint literæ fundationis: tuentur corpora  
 „ perpetua; si non sint: eo ipso inde jus actoris fit clarum. 4.) Editio  
 „ sane petitur circa calumniam ab Actore revocatoriam instituente a-  
 „ ctionem, imò & juramentum calumniæ posset deferri editionem pe-  
 „ tenti actori. Utamur 5.) Argumento reflexo: vel ex hisce instru-  
 „ mentis edendis patebit jus corporum perpetuorum fundatum esse,  
 „ vel non, si post inspectionem documentorum legitima appareat pos-  
 „ sessio: hæc editio non tantum nil nocuit monasterio, sed profuit in

„ eo, quod a futuris immune sit petitionibus, quas fors ursisset alius;  
 „ si pateat, possessionem non esse legitimam, eò ipso editio justissimè  
 „ fuit injuncta, ne possit ulterius foveri injusta contra legem posses-  
 „ sio. Fateor ingenuè, me arbitrari, in ejusmodi causis, quæ bonum  
 „ publicum respiciunt, ad apices juris non esse tantopere attenden-  
 „ dum; potissimum in substrato huic adserto potius erit insistendum,  
 „ quia tempus ad plus, quam centenariam præscriptionem sufficiens  
 „ à legislatore secundum superiùs deducta ne quidem attenditur. Et  
 „ quid si dixero, præsumptionem semper militare contra corpora per-  
 „ petua? Audiamus: prædia, quæ nunc in manibus mortuis sunt,  
 „ olim possidebantur à sæcularibus; hoc certissimum; ergò præsumi-  
 „ tur, sæculares illa immobilia tam diu possedisse, donec ea in manus  
 „ mortuas pervenisse probetur, ergò præsumitur, quod amortizatio-  
 „ ni subjaceant, idque tam diu, donec probetur contrarium. Ergo  
 „ documenta edere utique tenebuntur perpetua corpora. Aliud, quòd  
 „ præsumptio militet contra corpora, argumentum in eo est, quod in-  
 „ ter omnes modos obtinendi bona immobilia sit tantum vi Edisti unus  
 „ legitimus. Jam autem potius præsumendum pro eo modo, qui inter  
 „ plurimos est & frequenter possibilis, quam pro illo, qui tan-  
 „ tum unicus. Accedit, confirmationem esse facti: fundationem deter-  
 „ minati prædii itidem esse facti; facta autem probari, non præsumi  
 „ debent; ergò in linea quoque præsumptionis, contra ejusmodi pos-  
 „ sessiones militantis, documentorum edendorum necessitas fundatur.,  
 Egregia profecto dialexis, quæ ne quidem pulverem academicum re-  
 dolet. Quid? Annon sèpè saepius veritas aliter haberi nequit, nisi ex  
 documentis eruatur? An id legislatoribus non notuit? Nihilominus ta-  
 men statuunt (*b*): *Cogi possessorem ab eo, qui expertit, titulum suæ pos-  
 sessionis dicere, incivile est.* Addunt (*c*): *Cum neque juris, neque æqui-  
 tatis ratio permittat, ut alienorum instrumentorum inspiciendorum po-*  
*testas.*

testar fieri debent. Ac repetunt (d): *Nimis grave est, quod petitis, ungeri partem diversam ad exhibitionem eorum, per quos sibi negotium fiat: unde intelligitis, quod intentionis vestrae proprias afferre debetis probationes, non adversus se ab adversariis adduci.* An ab hac generali regula excipiendus casus, quo veritas aliter haberi nequit? Tum regula fere corrut, cum actor usque clamaturus sit, veritatem aliter haberi nequire. Interim veritatem aliter haberi posse, statim videbimus. At, en secundum argumentum, causa est favorabilis, ac causa totius reipublicæ. An non & causa possessoris favorabilis, præcipue cum perhibente JUSTINIANO (e) commodum possidendi in eo sit, quod etiamsi res ejus non sit, qui possidet, si modo actor non potuerit rem suam esse probare, remaneat suo loco possessio. An etiam revera dici poterit, causam actoris esse causam totius reipublicæ, antequam actor probavit, rem post latam legem, adeoque contra legem ad manus mortuas delatam esse? Ante allatam autem hancce probationem qui vel fingere licebit, instrumenta verè communia esse? Utrique si ex editis instrumentis patet, possessionem esse legitimam, editio reo non tantum non nocebit, sed etiam proderit, eo quod jam reus futuris sit liber petitionibus. Quis verò ideo pronuntiabit, reum ad editionem instrumentorum semper, atque omni casu teneri, licet leges petitionem editionis incivilem, ac juri, æquitatique contrariam renuncient. At (sic urgetur) præsumptio militat contra manus mortuas, quippe cum seculares quondam possiderent bona, quæ jam manus mortuæ tenent. Di boni! Quis unquam ita fabulatus fuerit, nisi omnium rerum, atque historiarum rudis, & expers? Quicunque historiographos, ac collectores diplomatum paulisper perlustraverit, facilè etiam invenerit, non solùm à secularibus res, quæ nullius erant; verum etiam ab ecclesiasticis, nimirum Archiepiscopis, atque Episcopis terras tam cultas, quam incultas, decimas, censusque manibus mortuis concessos (f): fuisse. Non minus invenerit, id jam dudum evenisse, antequam de lege

amortizationis vel cogitaretur. Cum igitur possessio possit esse legitima, secundum omnem juris, æquitatisque rationem (g) pro justitia possessionis tam diu præsumptio stabit, donec actor probaverit, rem post promulgatam legem, seu terminum à posteriore lege (h) definitum manibus mortuis datam, adeoque possessionem injustam esse; quippe cùm leges, & constitutiones futuris dent quidem formam negotiis, non autem ad facta præterita revocentur (i). Hancce autem probationem, ante editionem documentorum à reo peragendam, adferri posse nemo inficiabitur, præsertim cùm verosimilia argumenta probandi nobis sufficient.

(a) in *Dissert. de Lege amortizationis* §. IX. pag. 25.

(b) Leg. 11. Cod. de perir. heredit.

(c) Leg. 4. Cod. de edendo.

(d) Leg. 7. Cod. de Testibus.

(e) §. IV. *Institut. de Interdict.*

(f) Plures ejusmodi concessiones reperiuntur apud R. P. HEDDERICH in *Dissertat.* de eo, quod circa decimas novales in Germania, ac præcipue in Diœcesi & territorio Coloniensi iustum est, nec non apud FULGENTIUM DE VERITA in Affiancacionibus in dicta dissertat. consonis, ac detectis.

(g) De eo fusius egit JACOBUS GOTHOFREDUS de divers. regul. Jur. Part. VI. Leg. 25. & ALEF Dier. Academ. *Dissertat.* II. Cap. V. §. 60. & seqq.

(h) Sic lex Trevirensis de 20. Febr. 1727. statuit: Dass alle ohne vorherige Landesherrliche Erlaubnis von Abteien, Klöstern, Collegiis, und andern geistlichen zu machende und à tempore obbesagten ersten Edicti de anno 1655. gehane Acquisitiones unbeweglicher schatzbarer, bürgerlicher Güther null und nichtig, fort nicht nur denen Unverwandten deren Verkäuferen, sondern auch in Mangel dieser allen anderen Erz-Stiftischen Eingesessenen die Einlösung gegen Wiederlag und Erfüllung des rechten Werths, wie solchen jedes Orts Obrigkeit, sumptibus emporis & retrahentis communibus, bey ihren Gewissen und Eyden erkennen würden, gestattet seyn solle. Vid. MOSERUS Staats-Rechts des Churfürstlichen Erz-Stifts Trier Cap. XL. §. 17.

Sic quoque Generalia, ut vocant Julio-Bergensia de 20. Jan. 1681. de 9. Sept. 1707. & de 14. Jun. 1708. nec non Edictum de 5. Sept. 1755. §. IV. loquuntur de bonis ab anno 1609. adquisitis. De nuperrimo statuto Meguntino vid. laudatus MOSERUS von der Landeshoheit im Geistlichen Buch III. Cap. 6. §. 14.  
 (i) Vid. CRAMER Nebenstunden Th. XLIII. St. III. §. 5. Bl. 61. & SCHICK in *Dissertat. de retracta equefri contra manus mortuas* §. XXIII. GIESSAE 1783.

### §. XVIII.

Quid si plures concurrant, quis præferendus erit? Perspicere oportet, an Lex, uti Julio-Montensis (a) inter agnatos, atque alios subditos discriminem faciat, atque agnatos, cognatosve præ cæteris ad retrahendum primario vocet, nec ne? Priore casu agnatus cognatusve extraneum removebit, quia certum tempus agnatis non præscriptum, adeoque illis omni tempore jure prærogativæ uti datum; nisi tamen extraneus jam tum rem planè vindicarit, quippe cum res tunc non amplius integra, adeoque nullus prælationi locus sit. Posteriore contrâ casu præferendus venit, qui primus lege egit. Qui enim prior est tempore, potior est jure (b) quippe cum leges vigilantibus, non dormientibus scriptæ sint. Idque teste BARBOSA (c) procedit, etiam si prioritas sit in horâ, vel in puncto.

(a) de 5. Sept. 1755. §. VII.

(b) Cap. LIV. de R. J. in 6. Conf. REINKINCK de retract. consang. Quest. II, num. 85.

(c) in Collectan. in cit. Cap. LIV.

### | §. XIX.

Jam dudum demonstratum ivit PECKIUS (a) pretium à retrahente, si vindicantem fiscum excepérис, reddendum esse. Quodnam autem? Secundum leges id, ad quod partes olim consenserant, siquidem illud censetur esse justum, ac legitimum (b) nisi in eo constituendo fraus fuerit

fuerit facta ad excludendum retractum; quô casu ad veram, justamque aestimationem recurrentum, & judicis moderatio imploranda erit. Hanc etiam moderationem, seu aestimationem à non suspectis artis peritis peragendam requirit edictum Julio-Bergense (c) casu, quo subditus, qui neque agnatus, neque cognatus existit, retrahit.

(a) de ammortizat. bonor. Cap. XVIII.

(b) L. 8. Cod. de rescind. vendit.

(c) de 5. Sept. 1755. §. VII.

#### §. XX.

Quid si pretium haud pactum, sed res donata, vel legata fuerit? Tum judex adhibitis artis peritis valorem definiet, & quidem secundum præsentem rei statum, ac situm. Hodie enim res retrahitur, ergo & hodie, prout valet aestimabitur, siquidem nulla ratio urget, ut aliud tempus inspiciatur. Immo quis hodie determinabit, quantô res valuerit eo tempore, quô ante quinquaginta, centum, plurésque annos alienata fuit? Hinc & sâpe fatum Edictum Julio - Bergense non nisi aestimationem ab artis peritis, nulli partium deditis, hoc tempore, adçoque pro præsenti rei statu peragendam præscribit.

#### §. XXI.

Ubi permutatio intervenerit, retractus exulabit. Reipublicæ enim non interest, an manus mortuæ re propria vel permutata gaudeant; dummodo tamen fraus commissa non fuerit, ita ut manus mortuæ longè plus acciperent, quam reddiderunt. Tum utraque res aestimabitur, & pretium rei, à manibus mortuis datae, tantummodo persolvetur, ita ut rei, quam alter manibus mortuis dedit, pretium, quantum vel quoad excedit, seu pretium rei à manibus mortuis datae supervadit, fisco cedat. Et cui alias cederet? Certe nec manibus mortuis, ne ex prævaricâ-

varicatione legis beneficium reportent; nec alteri permutanti, ne impunis exeat, qui veniam haud meretur; nec denique retrahenti, qui quidem jure redimendi gaudet, contrà caret justo, & legitimo titulo lucrificandi caducam pretii partem.

### §. XXII.

Ciet PECKIUS (*a*): quidem quæstionem, an consensus principis venditionem, donationem, seu legatum rei immobilis sequi possit? At minus accuratè evolvit: Potissimum enim disquirere oportet, an cuidam jus plenum, ac perfectum sit quæsitum, nec ne? Si jus plenum & perfectum quæsitum sit, veluti casu, quô res legata, & testator mortuus est, heredi plenum, ac perfectum jus quæsitum est excipiendi, legatum esse vitiosum, atque inutile. Sic etiam ubi quis retractum jam tum intentavit, illi jus plenum, ac perfectum quæsitum est, actionem usque ad finem persequendi, ac vi atque effectu retractus potiundi. Ergo consensus sine injuria subsequi nequit, quippe cum ad severantibus ER-FURTENSIBUS (*b*) princeps jus tertio quæsitum neque auferre possit, nec velle presumatur. Ita ut reſcriptis etiam generalibus semper adjecta intelligatur clausula: *Cum justitia, & salvo jure tertii.* Contrà consensus subintrabit, ubi jus plenum, ac perfectum nemini adhuc quæsitum, veluti ubi testator adhuc vivens, vel retractus nondum intentatus fuerit. Sicuti enim testatori à priore voluntate recedere, alii que rem legare, donare, aut vendere licet, quin ulli injuriam faciat, ita etiam condito jam tum testamento consensum principis jure impetrabit. Eodem modo principis consensus valide subsequetur, ubi retractus nondum fuerit intentatus. Licer namque quivis subditus retrahendi facultate polleat, plenum tamen ac perfectum jus nemini quæsitum est, nisi facultatem ad actum reduxerit, siquidem potentia (ut BAR-BOSA (*c*): effert) vana est, quæ non reducitur ad actum. Ad hæc

*cum*

cum singulis subditis retrahere liceat, quis erit, qui jus plenum, ac perfectum sibi in specie quæsumum esse dixerit, antequam jus singulis commune atque æquale præ reliquis popularibus ad actum reduxerit?

(a) *de amortizat. bonor. Cap. XXVII.*

(b) Apud BOEHMERUM *Jur. Ecclesiast. Protestans. Tom. I. Lib. I. Tit. q. §. 21.*

(c) *Axiom. Jur. usufreq. CLXXXIV. num. I.*

### §. XXIII.

Agmen claudat famigeratissima quæstio, num usucaptioni, sive præscriptioni locus sit. Quoad res immobiles in Ducatu Brabantia, quæ Diœcesi Leodiensi subjacent, res dubio vacat. Ita enim Concordatum inter Imperatorem CAROLUM V. atque Episcopum Leodiensem anno 1541. factum (a) disertis renunciat verbis: „Illa bona tantum censi seri debent amortizata, quæ a jurisdictione sæculari per Principem sunt exempta, literis desuper ritè expeditis, vel quæ à LXX. aut LXXX. annis tanquam amortizata per Ecclesiam possessa fuerunt.“ In genere SCHWEDERUS (b) sentit: „Putamus distinguendum utrum Princeps pœnam constituerit confiscationis rerum alienatarum, an non? Si prius, bona ratione dominii præscribuntur tempore in jure determinato, sc. spatio 10. vel 20. annorum; prout sc. dominus fuit absens vel præsens, ita sc. ut non fiat dominus Ecclesia usucapiens, Jus tamen fisci currere incipiat. Ut vero & definat jus fisci, & amplius rem usucaptam vindicare nequeat, requiritur tempus 40. annorum, l. 4. C. de long. temp. præscr. ratio in eo se fundat, cùm bona eo momento, quo fiseus suum jus exercere potest, incipient fieri fiscalia, quæ alio tempore præscribi non possunt, nisi decursu 40. annorum, d. l. 4. Et hunc terminum & in plerisque locis observari tradit Ramdohr. d. l. & quem citat Guil. Bonedict. d. l. n. s. „ Sicut

51

„ Sin verò dicta pœna statutis non sit expressa, sed alia pecuniaria,  
„ tunc tempus 30. annorum observari juri conveniens videtur.

Annon quis jure excipiet, præscriptionem absque justo titulo, & bona fide non procedere, justum autem titulum, bonamque fidem manibus mortuis deficere, eò quod prohibens lex iis innotescat, vel saltim innotescere debeat? Annon porrò excipiet, nullum terminum, intra quem retractus institui debeat, præscriptum; adeoque nullum præscriptioni locum esse? Annon tandem excipiet, legem amortizationis in bonum publicum latam, atque ita præscriptionem reipublicæ perniciosa, ac noxiā esse. Verām nonne & eodem jure replicare licebit cum BONIFACIO VIII. (c) *Nam licet ei, qui rem præscribit ecclesiasticam, si sibi non est contrarium jus commune, vel contra eum præsumptio non beatatur, sufficiat bona fides, ubi tamen est ei jus commune contrarium; vel habetur præsumptio contra ipsum, bona fides non sufficit, sed est necessarius titulus, qui possessori causam tribuat præscribendi: nisi tanti temporis adlegetur præscriptio, cuius contrarii memoria non existat.* Nonne replicare licebit cum HARPRECHTO (d): „ Immemorialis temporis præscriptio obtinet vim, & robur privilegii, ab Imperatore expressè, & ex certa scientia concessi, c. super quibusdam 26. §. præterea, ibique G. l. de verbor. signif. Alexand. conf. 6. lib. I. Rolandus à Valle Conf. 66. nu. 60. lib. 2. Bellon. Conf. 55. nu. 5. Soarez. in Com. mun. Opin. lit. p nu. 223. Bocer. in tract. de Regalib. cap. 2. num. 190. & seqq. D. Hochman. Resp. 24. Vol. I. Consilior. D. Besoldi, nu. 62. cum seqq. fol. 345. Item vigorem habet constituti, sive concessionis, leg. hoc jure. 3. §. duabus aquæ. 4. π. de aqua quotid. & aestiv. Socinus Conf. 181. col. penult. libr. 2. & idem valet, quod pacatum, sive tractus, Bald. consil. 185. lib. I. Mathæus de Afflict. in C. unic. §. Si quis per 30. annos si de feudo defuncti contentio sit. Cravetta conf. 10. nu. 11. Et habetur loco tituli, legitimè acquisiti. Felinus in c. accidentes col. 2. de præscript. Innocent. in cap. 2. de restitut. in integr. Cravetta de Antiquitatib. tempor. Part. 4. §. absolutis. nu. 9. Vivius commun. opin. lib. I. Opin. 242. Imò æquiparatur veritati, Bald. consil. 24. libr. 4. Sylvanus conf. 59. n. 9. Borcholt. in explicat. c. un. quæ sunt regalia, nu. 17. & facit verum omne possibile, nec non omnem defectum supplet, illudque, quod alias irritum, nullum, & invalidum est, firmat, corroborat, validumque reddit. Balb. in d. tract.

„ tract. de præscript. p. 1. qu. 6. n. 8. Vasquius lib. 2. Controvers. illus. .  
 „ c. 81. n. 17. Borcholt. loco modo annotato. Omne insuper præsum-  
 „ ptionem finitram excludit, plenissimamque parit securitatem, nulla  
 „ de mala fide aut titulo, quæstione. Salicet. in l. 2. C. de Serv. & Ap.  
 „ Innocent. in c. si diligent. 17. de præscript. Joan. Garf. de expens. c. 9.  
 „ n. 21. & seq. Vincent de Franch. decis. 158. n. 1. & seq. part. 1.  
 „ Knichen. in Comment. privil. Saxon. pag. 139. & seq. Heigius in suis  
 „ quæstionib. 15. n. 50. Et denique nunquam per legem, vel statutum,  
 „ utatur licet verbis generalissimis, subiecta, aut exclusa censetur,  
 „ cum præscriptio removetur, & excluditur. „ Nonne replicare licebit  
 cum FULGENTIO DE VERITA (e): „ Quantumlibet enim quæcun-  
 „ que præscriptio exclusa sit, hâc exclusione tamen non continetur im-  
 „ memorialis, & quidem sine illo dubio secundum jus canonicum,  
 „ quod in materia præscriptionis, inter ceteros monente KLOCKIO  
 „ de Contribut. Cap. XVI. Sect. 2. num. 39. præ oculis habendum est.  
 „ Hinc communiter concludunt, quæ privilegii & consuetudinis, ean-  
 „ dem & præscriptionis circa acquisitionem libertatis à Collestarum so-  
 „ lutione potestatem esse. „ Nonne replicare licebit cum PECKIO (f):  
 „ Ea, quæ ex speciali privilegio, & prærogativa principis ratione su-  
 „ premæ potestatis conceduntur, quod genus est amortizatio, imme-  
 „ moriali tempore præscribi possunt. „ Nonne replicare licebit cum  
 SCHUTZIO (g): „ Rex Borussæ per suas provincias, in jure confo-  
 „ lidationis nullam præscriptionem inspici vult, Sanciendo in Edicto  
 „ de 1709. mens. Novemb. in verb. Und weder exceptiones dilatoriæ,  
 „ noch peremptoriæ, als præscriptionis, rei judicatæ, und vergleichen  
 „ darwider zugelassen, oder attendirt werden sollen. Quod tamen de præ-  
 „ scriptione, cuius in contrarium extat memoria, videtur intelligen-  
 „ dum. Im nemoriali enim tempore hanc actionem juris consolidationis  
 „ præscribi firmiter statui Berger in suppl. ad Elect. discept. forens. part.  
 „ l. pag. 102. pro qua sententia etiam pronunciavit facultas juridica  
 „ Hallensis Mens. Febr. 1696. „ Nonne tandem replicare licebit cum  
 GONGALEZ TELLEZ (h): „ Potius verum est, præscriptionem na-  
 „ turali rationi consonam esse, siquidem ea introducta est ob bonum  
 „ publicum, ut docetur in l. ult. π. pro suo, l. 1. Digest. de usucap. ubi  
 „ hujus boni publici ratio adjicitur, videlicet quia publicè expedit, ut  
 „ dominia rerum in incerto non sint, & experientia necessarium esse  
 docuit

„ docuit in exemplo Arati Scityonis, quod proferunt Plutarchus in „ Arato, Pausanias in Corinþ, sive lib. 2. Tria enim commoda præ- „ scriptio Reipublicæ parat; Primum, ut sciant cives, quid, quan- „ tumque in bonis habeant, ut sic sumptibus modum statuant. Secun- „ dum ut litibus & disco diis finis imponatur. Tertium, ut cultura „ agrorum, aliarumque regum jura non negligantur. Unde Cicero in „ oratione pro Cecinna, usucaptionem vocat finem solitudinis, li- „ tium, & periculi: quæ loca latè exornant probantes præscriptionem „ non esse beneficium æquitati naturali contrarium.,, Cur jam perni- „ ciosa heic foret præscriptio immemorialis, seu centenaria, quæ tantum- „ modo unam alteramve manum mortuam tuetur, præsertim cum præ- „ sumendum non sit, rempublicam tam diu tacitaram fuisse, si notabile „ ex alienatione damnum persensisset.

- (a) Tit. III. §. 1. apud LOUVREX Recueil contenant les Edicts & Reglements faits pour le País de Liège Part I. Chap. IV. §. 18. pag. 203.
- (b) Disputat. Tom. II. Disputat. XXXIX. Cap. 5. §. 2.
- (c) Cap. I. de præscript. in 6. Conf. Cap. 26. X. de V. S.
- (d) in Commentar. in §. 12. Institut. de rerum division. num. 122.
- (e) Assentat. Specim. V. §. 91.
- (f) de Amortizat. bonor. Cap. XXXV. num. 3.
- (g) Specim. Jur. Consolidat. Cap. IX. §. 8.
- (h) in Commentar. in Cap. 4. X. de præscript. num. 7.

#### §. XXIV.

Ast quid, si ex antiquissimis litteris, documentis, vel instrumentis constet, rem post legem ad manus mortuas delatam esse, num adhuc dum manebat præscriptio, sive usucatio? Jam dudum LEYSERUS (a) respondit: „Quæstio tota èdredit, an documenta & libri præscriptio- „ ni immemoriali obstant? Hoc ait Ludewigius: nos cum Jctis, quo- „ rum leges suprà commemoravimus, negamus, & præter æquitatem, „ etiam salutem & securitatem publicam pro nobis habemus, quæ gra- „ viter lædetur, si possessores ultra hominum memoriam ex vetustis „ Schedis turbari, vexarique patimur. Evertentur regna omnia & prin- „ cipatus, si recuperatoria judicia illis, quorum majores in ipsis pro- „ vinciis olim consedisse, ex historiis apparet, indulgemus. Reddenda „ est Anglia illis, qui Walliam incolunt, quum ex priscis annalibus conserteret,

„ constet, Britones, primos insulæ dominos à Saxonibus & Normanis  
 „ deinde sine justa caussa olim invasos, fugatos, & in angulum  
 „ istum, quem Walliam hodie vocamus, compulsoſ fuisse. Et quid de  
 „ Germaniâ nostrâ fiet, si posteri veterum possessorum jura majorum  
 „ fuorum vindicare incipient? Bellum fuscitabitur plus quam civile  
 „ omnium in omnes. Exsurget imprimis populus, proferet Taciti an-  
 „ nales, ostenderet, duces, principesque majorem sibi, & hereditariam  
 „ potestatem præter instituta Veterum usurpare, repetet itaque libertatem  
 „ suam, nullamque sibi legem obtrudi, nullum tributum imponi, nisi  
 „ consensu omnium in Comitiis adhibito, patietur. Accedit subleſta an-  
 „ tiquorum documentorum, & historicorum fides. Multa in his genui-  
 „ na agnosco, sed multa etiam falsa, conficta, supposita fuisse, quis  
 „ negabit? Et haec discerni invicem hodie difficultum, quin impos-  
 „ sibile futurum est. Sed fac etiam, genuina esse omnia. Verisimile est  
 „ tamen, eum, qui nunc rem tenet, eam justo modo, & ex voluntate  
 „ priſci domini adeptum esse, titulum vero longinquitate temporis, &  
 „ casibus variis oblitteratum ignorari, superesse saltē monumentum  
 „ quoddam antiquissimi, sed extinti diu juris. Recuperabit ergo pri-  
 „ mus possessor id, quod olim ipse forte in alterum transstulit, & ex-  
 „ turbabitur verus dominus ex re, quam ipse maioresque ejus legitimè ac diutissimè tenuerunt. Iſti profectò iniquitatē ſolum remedium  
 „ erit præſcriptio immemorialis hominum, quā ſublatā, in incerto e-  
 „ runt poffeſſiones omnes, & ut Ockel de præſcriptione immemoriali  
 „ cap. 1. §. 9. verbis Wesenbecii loquitur, nec arca Noæ, nec dilu-  
 „ vium vetustatem ſuperabunt., Miramur proinde laudatum jurecon-  
 „ ſultum à commitone CRAMERO (b); quantumlibet de ſubstrata mate-  
 „ ria velut ex professo, ut loquuntur, ageret, nequidem allegatum,  
 „ multo minus refutatum eſſe. Quocirca & nos

### S I S T A M U S.

(a) in Meditat. ad π. Vol. VII. Spec. 460. med. 2.

(b) Opuscul. Tom. II. Opusc. I. Ohservat. Tom. II. Obs. 753. & Nebenſtunden

Th. LXXI. Et. III. §. 21. & ſeqq. Th. CIX. Et. V. §. 48. & ſeqq.





